



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

83. Oratio Theodosii Ad Deum, cùm præliaretur contra Eugenium &
Arbogastum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Gaudia tollantur mundi, tollantur honores,
Sit fidei tantum mens mihi salua sat est.
Hæc ubi dixisset, zonam simul abiicit ante
Impia mandantis hæc sibi facta pedes.

82. ORATIO THEODOSII IMPERATORIS VERÈ CHRISTIANI & CATHOLICI PUGNANTIS CONTRA EUGENIUM, & ARBOGASTUM HOMINES BARBAROS & GENTILES IN FAUCIBUS ALPIUM. 33.

Elect⁹ est
Theodo-
sius in Ce-
sarē, An-
no Chri-
sti circi-
ter 384.

*Laude Theodosius magnæ virtutis auita,
 Eximia & præstans dux pietate fuit.
 Quem contra bellum de religione cruentum;
 Gentili saevis mouerat Eugenius.
 Acriter illatis signis pugnatur vtrig⁹,
 Pugna diu dubij feruida Martis erat.
 Verit ut ad gentes placidum victoria vultum,
 Ad Dominum Cæsar talia vota facit:*

83. ORATIO THEODOSII AD DEUM, CÙM PRÆLIARETUR CONTRA EUGENIUM & ARBOGASTUM.

TV Deus omnipotens nosti, quia in nomine Iesu filij tui vltionis iusta causa, (vt puto) prælia ista suscepī: si fecus, in me

me iudica. Si verò cum causa probabili, & in
te confisus huc veni, porrige dextram tuis, ne

Psal. 79. fortè dicant gentes: Vbi est Deus eorum?

Scis Deus omnipotens, cari quodd nomine Gnati

Hæc ego suscepit prælia iusta tui.

Huc minimè proprijs descendit viribus ausus,

Ast ope promissa præsidioq; tuo.

„ *Ergo tuam nobis, pater optime, porrige dextram,*

„ *Netua gentili turba furore cadat.*

Cur aliquis dicat nobis de gente prophana,

Quis Deus est horum? qui iuuet, ecquis erit?

Hostibus his fiat tua nota potentia sauis,

Atq; tuam discant pertimuisse manum.

Vertice stans montis palmas ad syderat tendit,

Ad Dominū hæc fundens vota precesq; Deum.

Nec fuit hæc ardens tum vana precatio, namq;

Agmina sunt Domini vindice fusa manu.

Nang; oritur subito ventus, qui turbidus aufert

Spicula, in aduersi militis ora vehens.

Eugenius captus manibus post terga reuinctus,

Occubuit supplex Cæsar is ante pedes.

At sibi consicxit mortem Arbogastus atrocem,

Victoris faciem ne cadat ante sui.

84. EX LIBRO TRIPARTITAE

historiæ. Imago boni & pij principis in D.

Theodosio, quem scribit Zozomenus.

per